



A clemente **D**EO, **T**E nunc animus meus orat
 Fortunam, pacem, quietem quaelibet hora.
 Grata **T**IBI Felix sit faustaque cresce senesce.
 I. H. S. Hebenstreit.

Summe **D**EVS sapiens, nutu qui cuncta creasti,
 Et certis annum, legibus ire iubes.
MAGISTRO tribuas longa et felicia scholae
 Tempora, da faustus, sit pater atque scholae
 Gottlob. Frid. Hähnel.



Haec praeclara dies nobis fert gaudia magna,
 Quod **T**E nunc **P**RÆCEPTOR **A**MANDE, valere videmus
 Ut videas laetosque dies multosque peropto
 Atque valens semper gaudens cum **C**ONIVGE ^{viva}
 Ioan. Georg. Weisbach.



Quam multi gaudent hodie **P**RÆCEPTOR **A**MANDE
 Cum videant laetum nunc tempus adesse diemque
 Quam celebrant hilares, cum **T**E spectentque valentem.
 Ut semper valeas opto, cum **C**ONIVGE **C**ARA,
 Hanc videasque diem, sicut nunc omne per aevum.
 Ioan. Frider. Scharschmid.

Illa dies vitam renouans **D**OCTORIS **A**MANDI
 Reddit nos hilares ac bona vota cupit.
 Hinc opto, ut redeant semper **T**VA gaudia clara,
 Sic fauste viuas et **T**VA tota **D**OMVS
 Michael Wolfius.

